



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Candidissimi Ordinis  
Præmonstratensis**

**Sterre, Jean Chrysostome van der**

**Antverpiæ, Anno M.DC.XXV.**

8. Aprilis. Sexto Idvs Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37161**

nuatam ab ipsa infantia cum Regi-  
na cœlorum castissimam familiari-  
tem, post conseruatam integerrimi  
animi corporisque virginitatem, fe-  
bri correptus lethali, eaque ad ex-  
trema perductus, in manus sui IESV  
spiritum eximiâ animi pietate com-  
mendans, erecto corde & vultu,  
ad æterna tabernacula fœliciter  
emigravit. Cuius sanctissimo inter-  
ventu, varij ad vitam mortui sunt  
reuocati, cæci illuminati, surdi sa-  
nati, phrenetici & hydropici cura-  
ti, dæmones effugati, & plurima alia  
patrata miracula.

8. Aprilis.

SEXTO IDVS APRILIS.

IN Cœnobio Beatæ MARIÆ Bel-  
lipodij Diœcesis Vrgellensis in  
G<sup>2</sup> Cata-

Catalonia, Beati Patris IO ANNIS  
de Orgaña, eiusdem Ecclesiæ Ab-  
batis Ordinis Præmonstratensis: cu-  
ius vti vita eximiæ sanctitatis reful-  
sit exemplis, ita sacræ eius Reliquiæ  
præclaris etiamnum sæpè decoran-  
tur miraculis.

12. Aprilis.

PRIDIE IDVS APRILIS.

**I**N Territorio Heusdano Natalis  
Beati FOLCOLDI Conuersi Or-  
dinis Præmonstratensis, & Funda-  
toris Ecclesiæ Bernensis. Qui con-  
temnens honorum Titulos, & Tei-  
sterb andiæ Comitatū in humilem  
Præmonstrati Ordinis commutans  
professionem, vt liberioris vitæ ex-  
piaret